Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26566
Copyright: Admont, Benediktinerstift

uideamus. quis statum post missam iterum concrepantibus
XXXIIII. signis incipere solemus. Omnes autem nostri
antiphonarii secundam uesperam sancto Stephano
concedunt ex integro. Unde et reliquis
festiuitatibus per annum hoc exemplo secundam
uesperam ex toto concedimus. etiam si aliquanto
maior festiuitas subsequatur. Non enim congruum
est. ut psalmos uespertinales tantum precedenti
festo. reliqua uero subsequenti tribuamus. Nam sancti
patres nullum nobis inde exemplum reliquerunt.
qui potissimum nos concordiam officii singulari
diligentia seruare docuerunt. Summa tamen
bu festiuitas. si quando minorem subsequitur. secundam
uesperam precedentis festi. ex toto sibi non incongrue
uendicabit. ut octaua domini. secundam uesperam
sancti SILVESTRI. Uesperam quidem de quolibet
festo uniformiter perficimus. deinde alterius
festi si necesse fuerit post benedicamus domino
memoriam facimus. ut de sancto STEPHANO
XXXV. et de sancto IOHANNE obseruamus. In natale
innocentium. Gloria in excelsis deo et alleluia iuxta